

est consequens ad omnes fallacias. quia illa fallacia continet in se causas cum fallaciis. Ad quartum dicitur quod licet in paralogismis ignorantie elendi apparent in feratur vera contradictio in consequente tamen illa contradictio non sequitur ex necessitate neque premissis. probant ipsam necessitatem quod tamen requiritur ad verum elendum. Ideo tales paralogismi non sunt simpliciter contradictorii. Ad quintum dicitur quod licet in petitione principii conclusio sequatur de necessitate quod tamen ad illationem non tamen sequitur de necessitate quod tamen ad probationem. Ideo per hoc illa fallacia sicut et omnes alie fallacie reducuntur ad ignorantiam elendi. Et hoc de fallaciis dicta sufficiunt.

Sequitur septimus tractatus.

Adrumque dicunt quedam dicunt cum complexione. Hic est septimus tractatus magistri petri hispani. In quo. Postquam determinatum est de tractatu fallaciarum. Hic consequenter determinatur de quibusdam proprietatibus terminorum que sunt suppositio ampliatio restrictio et appellatio qui quidem tractatus prima sui divisione in duas dividitur partes. In prima enim parte petrus hispanus ponit quedam hanc valencia ad suppositionem intelligendam. In secunda autem parte determinatur de ipsa suppositione ibi suppositio est acceptio termini. Et prima pars dividitur in duas partes. Nam primo ponit duas divi-

siones. In secunda ponit definitionem terminum. Est ergo prima divisio talis. Ex quo est eorum ratio quod dicuntur. I. per se cum complexione. I. sermone complexo ut homo currit quedam sine complexione. I. sine compositione ut homo per se et animal per se. Quod divisio habet sufficientiam quod voces diabiles sunt signa conceptuum. Sed duplex est conceptus scilicet simplex qui est simpliciter intuitus et complexus qui est apprehensio unius rei cum alia. Sed primus conceptus causarum dicitur in complexum et secundus causarum dicitur in complexum. Sciendum primo quod sicut aliorum tractatum quatuor sunt cause ita et huius. Unde causa materialis huius tractatus est terminus supponens qui dicitur subiectum attributionis siue materia circa quam. Quod ratio est quia hic consideratur vox significatio que sunt principia terminum supponentis et supponens est passio eius. Terminus autem universalis et particularis sunt partes subiective termini supponentis ideoque terminus supponens est subiectum scientie huius tractatus. Sed causa formalis est duplex scilicet forma tractatus et forma tractandi. Forma tractatus est divisio libri in duas partes ut dicitur est superius. Sed forma tractandi est modus agendi siue modus procedendi qui est triplex scilicet diffinitivus divisivus et exemplorum positio. Causa finalis est duplex scilicet intrinseca et extrinseca. Intrinseca est perfecta cognitio terminum supponentis. Sed extrinseca est perfecta cognitio enunciationis et cuiuslibet argumentationis. Sciendum secundo quod iste tractatus utilis est ad cognoscendum veritatem et falsitatem cuiuslibet enunciationis quia suppositio est quedam proprietates principiorum enunciationis ex quorum mutatione mutatur veritas et falsitas enunciationis utilis etiam est ad cognoscendum argumentationes sophisticas que procedunt ex diversis suppositione terminorum. Unde alij hunc tractatum post tractatum predicamentorum ordinaverunt. quia in isto tractatu determinatur